Vel Vadia prætacta luere, Inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos suc:
cessores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus
eundem Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes
exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos semper perem:
ptorios, Vera infirmitate, pro maiori minoreinitate Successo:
rum, legatione vltra Vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationi:
bus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietati:
onem prætera Vltra proximos officij præfati Castrensis
Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non
recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum
prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis sim:
plicibus Vel triplicatis, Euasionibus, suspensionibus, fatalijs
Iuris præscriptione Terrestri bello Conuentioneq ac aliis
omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo
nec modo alio quouis euadendo. Hac sua præsenti perso
nali recognitione ad præmissa omnia et singula
mediante.

Bandrowska Rozniatowskiey Cedit.

1322 Comparens personaliter Coram officio et Actis præsenti:
bus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis
Catherina Rozniatowska olim Nobilis Lucæ Rozniatowski
cum olim Nobili Marina Crothanska procreata filia Nobi:
lis Vero Andreæ Bandrowski per hostes Scythas non pridem
in ois Patriæ grassantes in servitutem Tartaricam capti
Consors legitima cum assistentia Nobilis Andreæ Horodyski
fratris sui uniteralis et Vltroneo ad infrascripta recognoscenda
Consensu Sana mente et corpore existens a Terris Distri:
ctibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis

et Compet(...)

+

et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subjiciendo palam libere publice ac per expresse sum recognovit. Quia ipsa de omni et integro Jure suo infrascripto nimirum de summa Septingentorum Florenorum Polonicalium super medietate bonorum generaliter omnium sibi Recognoscenti per memoratum maritum suum, coram quibuscunq́ Actis Authenticis Regni in vim dotis modo Reformatorio inscripta et ad solvendum assecurata, nec non de ipsa Inscriptione Reformatoria ipsisq́ bonis summa eadem et Jure praesentibus cesso oneratis, cum omni praemissorum Jure Dominio, Competentiaq́ et praerogativa quaevis omnibusq́ et singulis eiusdem Inscriptionis Reformatoriae Conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis, bonorumq́ praedictorum, summa supra scripta ǂ et Jure praesentibus cesso oneratorum, Utilitatibus, fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis, obventionibus attinentiisq́ et pertinentiis in universum omnibus nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis ac cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq́ successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsamet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat ipsaq́ concernebant ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto supra scripta Nobili Mariannae Rozniatowska Matri suae et ipsius successoribus (acceptata ab ipsa pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus, omneq́ et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Mariannae Rozniatowska

ǂ Inscriptioneq́ Reformatoria

Cessionariis sui eiusq posterorum te taliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum Summam ac bona Summa eadem Iureq praesen̄ cesso onerata, ac praemissa omnia praesentibus condescensa eadem suprascripta Recognoscens praenominatae Cessionariae suae eiusq posteris. Iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose accipiendam per ipsam Mtem Marinam Koźmiatowska Parentem sui Recognoscentis Cessionariam suam eiusq posteros, hoc idem Ius praesens Cessum Summam ac bona Summa suprascripta Iureq praesenti Cesso onerata, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, Competentiisq et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos suorumq Successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi, praefati Iuris originalis ea omnia latius vise complectentis, praesentisq Cessi et transfusi Vigore.

R Lenczowski Stawskiemu Cedit. 1323

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Stanislaus Lenczowski Canonicus Ecclesiae Cathedralis Praemysliensis, Praepositus Dinoviensis, Plebanus Krzywczensis Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius Sanus mente et corpore existens a Iuris Dispositionibus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et

Competen̄